Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1827
Quelle:
Copyright:

poteſt demonſtrari et probari. Eſt itaque a Vobis illi ipſi etiam quanto erit moribus deterior, concedendus ordo ille, quo tam impune iam tot ſæculis abutitur, ut poſſit peccati ſummus gradus in eum et non in alium rejici. Sed pertaeſum jam eſt nugarum, quibus inductus quis facile literas N. R. I. ſupra adductas interpretetur: *Novam Religionem Inſtituit.*

XXV. *fol.* 475. Diſſertatio *Theologi* cujusdam *Catholici de vera Eccleſia* ex S. Literis, ſententiis PP. et Hiſt. Eccl. ſano judicio congeſta, quae incipit: *Quum plerique infelici hoc noſtro ſeculo ſacroſanctæ Eccleſiæ antiquitatem, Majeſtatem, Authoritatem ſimul atque unitatem, tum propter certos abuſus, ſuperſtitiones, et alia id genus Zizania, que in eandem irrepſiſſe vix negari poteſt, tum et propter eccleſiaſticorum vitia, que et ipſa diſſimulari nequeunt, ita impugnent* &c. *Fridericine Nauſeae?* an *Frid. Staphyli*, aut *Ge. Wicelii?*

XXVI. *fol.* 488. Collectanea polemica ſermone italo primum ſic inſcripta: *Concluſione Catholice tratte da S. Agoſtino contra gl' Heretici moderni.* Dein ſic: *Nota d' alcune Hereſie condannate dalla Santa Glieſa gia ſono più di mil anni.* Fortaſſe *Nuntii* cujusdam *Pontificii* ad aulam *Ferdinandi* I.

XXVII. *fol. novo* 395. Commentarii *Actorum* in Conventu Ordinum *Proteſtantium inferioris Auſtriae* a 5. *Junii* 1614. ad diem 19. *Januarii* 1616. hoc titulo: *Verzaichnus der Schlüſs ſo in Religions vnd Andern der Löblichen N. Oe. Euangeliſchen Ständt ſachen in deſs Wohlgebohrnen Herrn, Herrn Sigmund Adam Herrn von vnd zu Traun auf Meiſſau bedienten Verordneten Ambts vom 5. Junij diſs 1614. Jahrs ergangen, vnd vmb künfftiger beſſern nachrichtung willen Hierein Ordentlich beſchriben worden.* De Seceſſu Provincialium Proteſtantium a Catholicis, quin et aerarii ſeparatione confer *Conſpect. Hiſt. Univerſit.* ad an. 1613 — 16. et *Bern. Raupachii. Evangeliſches Oeſterr.* III. *Continuat.* p. 323.

CCCCLX.

Codex chartaceus lat. germ. 160
Sec. XVI. Folior. 207. f. ex *Adverſariis* olim *Johannis Fabri* Epiſcopi Vienn. ab eoque donatus Collegio *D. Nicolai*, ut praefixus codicillus impreſſus, et alter manu *Wenceslai Cedlitzer* ſcriptus 1540. teſtantur, continet ſequentia: I. Collectanea quaedam in L. *Geneſeos* Fabri αὐτογραφα 1538. ut in tergo Voluminis notatur.

II. *fol.* 17. Ejusdem *Fabri Libellus conſolatorius de ſuperadmirabili — pro quinque heluetiorum utpote lucerne Vranie. Schwicz. Vnderwalde ac Zuge partibus recens largita victoria. Anno a nato Jeſu* M. D. XXXII. Conſtat prolixo *Praefamine* et VIII. *Capitibus*, impreſſusque legitur inter alia *Fabri* Opera *Colon.*